

Illustrissime et Excellentissime Domine  
Amice Observandissime.

349

N<sup>o</sup> 65

Singulares Illm<sup>a</sup> Excell<sup>a</sup> V<sup>ra</sup> easolo gratas pro benevolâ promotione desideriorum meorum circa praeterita Comitia exhibita, et ut ulterius iisdem favere dignetur, obnoxie rogo. Restat Rescriptum Regium, mediante quo cassentur Congressus sic dicti fraterni tum in Surlandia, tum in Districtu Piltincensi ne instio et irrequisito minus tempestive celebrati, siquidem ausi sunt nominare deputatos et nil quicquam communicando ad Comitia expedire, cujus Rescripti, quando commoda occasio fuerit, Illm<sup>a</sup> Excell<sup>a</sup> V<sup>ram</sup> memorem fore confido, ne posteriores ejusmodi Congressus celebrare, et expeditiones formare audeant. De reliquo iterum Sac: Regâ Maj: opem et protectionem implorare cogor, ex eo, quod tum D<sup>na</sup> Marggravia de Bareyth, tum et Soror mea, D<sup>na</sup> Abbatisa Herfordiensis Rescripta Regia pro utriusq; satisfactione ad sinistram informationem exportarunt. Cum vero Ipsemet nil quicquam ulterius ex devastatis Ducatibus meis pro sustentatione meâ percipere queam, verè impossibile est contentare alios Creditores. Proinde cum quisq; Pretendentium comminetur per Cessiones in Potentiorum exoticum transferre illegitimas et illiquidas praetensiones suas, quibus cum posthac agere periculosum erit, prout copia

Literarum Sac: Cæsar: Majt<sup>is</sup> edocet, præterquam quod an-  
 quam recursum ad Sac: Reg<sup>m</sup> Majest: fecerunt, extrane-  
 am opem sollicitaverunt, Sac: Reg: Majest: dignabitur  
 tam Dnam Marggrabiam in Bareyth, quam prædictam  
 Dnam Abbatisam severe admonere, ut omnino sub am-  
 sione prætensi juris abstineant cedere in quæquam pu-  
 tationes nec dum justificatas, sed coram Throno Sac:  
 Reg: M<sup>is</sup> futuro tempore demum justificandas. Vort-  
 tur in eò conservatio et indemnitas Feudi Regis et  
 Reipl: tum et fidelis Fiduciarü Principis, unde pro-  
 tectionem Regiam mihi polliceor, Illm<sup>a</sup> Excell<sup>a</sup>, Viri-  
 prouitatem officiorum offerendo, optima quæq; animi  
 appretor permanens  
 Illm<sup>a</sup> Excell<sup>a</sup> Vra.

Maseigneur

Votre tres humble  
 tres oblige servite

Ferdinandus  
 Duc de

Gedani d. 10 Maji  
 1712.

340.

Dux Fenslandiae d. 18. May  
1712.